æqualis eſt ipſis h i f. in rectum pariter compoſitis. igitur o s.
æqualis eſt ipſi i k. potenti rectangulum ſub h i. i f. contentum.
pari deniqꝫ & aliæ potentes ſimilia rectangula dabunt̃. Perſpi-
cuum ergo eſt propoſitum lemma ſeu aſſumptum.

ELEMENTVM CONICVM XXII.



Ab hyperbole non coinciden-tibꝰ actæ rectæ lineę, rectangu-las areolas cō-ꝑhendent æqua-les. Sint igit̃ re-ctæ lineę a b. b c non coinciden-tes ipſi hyꝑbo-lę d e f. atqꝫ ex e f. punctis ipſiꝰ hyperboles d e f. non coincidentibus a b. b c. parallelæ agant̃
e g. e h. f l. f k. dico ꝙ duo rectangula a g e h. a l f k. ſint æqua-
lia. Ex c g. igitur ipſi e g. æqualis dematur g m. Connexaqꝫ m e.
& in partem e. producta ſecet a b. ſuꝑ n. Et iterum l c. ſit æqua-
lis ipſi f l. protractaqꝫ c f. in partem f. ſecet rectam quidem a b.
ſuper b. hyperbolen autem d e f. ſuper d. Et quoniā vterqꝫ duo-
rum angulorum ad m n. ſigna per constructionē recti dimidio
æqualis eſt. igitur vt m e. ad e g. ſic e n. ad e h. Vtrobiqꝫ enim
ratio eſt diametri ad coſtam quadrati. Eandem quoqꝫ rationem
pari modo probabimus eſſe inter c f. f l. Et quoniā duo triāgu-
la b f k. e h n. æquiangula ſunt. ergo per propoſitionē iiii. li. vi.
elemen. Eu. vt b f. ad e n. ſic f k. ad e h. Et quia per corolarium
vigeſimi elementi conici rectangulum ſub b f. f c. contentum
æquale eſt compræhenſo ſub m e. e n. rectangulo igitur per ſe-
cundam partem propoſitionis vi. li. vi. elemen. eorundē b f. ad
e n. eſt ſicut e m. ad c f. ſeu ſicut c g. ad f l. At iam oſtēſum fuit
f k. eſſe ad e h. vt b f. ad e n. ergo vt f k. ad e h. ſic e g. ad f l. per
propoſitionem xi. li. v. elemētorum Eu. Quæ vni eædem ſunt